Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



29

continentium & rectorū. quorū distantiā hie
zechiel pphsa mystice describit. cū uenientepla
garū articulo tyrannū modo uiror. Noe uide
licet. daniel & iob. liberandos esse praedixit.
In noe namq; qui arcam inundis rexit. ppositos
ecclae. In daniele qui in aula regia continenter
uiuere studuit continenter siue uirginis. In iob
qui in coniugali uita positus mirandū cunctis ex
emplar patientiae pbuit. bonorū uitā coniuga
torū ostendit. Item eorundē in nouo testamto
distantiā dnr subfigura insinuat. eorū qui in lec
to. In agro. In mola repperiendi sint in die iu
dicii. equib; singulos adsumendos. & singulos
dimittere relinquendos. Namq; in lecto quies
continentiū. In agricultura industria pdicantium.
In gyro molae. labor exprimitur coniugatorum.
& quia in omnib; his gradib; quidam eligendi.
quidā uero sunt repbandi. recte de singulis dici
tur. quia unus de duob; adsumitur. & alter relin
quitur. quia uero in paste electos sublimius est
meritū pdicantiū. quā eorū qui solummodo conti
nentiae. & n & hic operi doctrinę student. Item
sublimior continentiū quā coniugatorū conuer
satio. recte supprimi calami qui hinc & inde